



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||
LAVRETANAE HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

Torsellini, Orazio

Romae, 1597

Cap. 22. Illustrium feminarum munera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64112)

ALEX. PERETTUS CARD. MONTAL. S.R.E. VICECAN.
 XYSTI V. NEPOS
 D. MARIE IPSVM, ET MICHAEM FR. PERPETVO
 SVSTENTANTI MEMOR ET GRATVS
 SACRVM MONVMENTVM POS.
 AN. M. D. XCIII.

Opus pluris duobus aureorum millibus stetisse dicitur.

Illustrium feminarum munera.

Cap. XXII.

NEC nobilium feminarum liberalitas per idem tempus obscura fuit. Polixena Perneftaina Proregina Boemicae S. Gerionis Thebaeorum Ducis caput praecleara inclusum theca, Lauretanæ Virgini donum misit. Theca argentea auro interlita, & egregie facta. S. Gerionis loricati speciem reddit à pectore: & lorica est argento, auroque conspicua, caput martyris gemmata redimitum corona. Huic subiecta basis ex hebeno, argentoque sacras Thebaeorum martyrum reliquias crystallo inclusas ostentat: votiuum donum esse constat. à Polyxena Proregina pro salute viri sui recuperata, Virgini redditum. Princeps Vastallæ binas effigies aureas, alteram suam, alteram viri sui cum duobus cordibus aureis sex pondo B. Virgini dedicauit. Maria Boadilia triremem cum B. Mariæ Lauretanæ effigie sublimi, ex lamina expressam argentea. Principis Castelluetrani vxor crucem auream mole quidem exiguam, sed materia nobilem, quippe sex adamantibus auro illigatis nitet. Ducis Niuerniensis vxor bina candelabra argentea bene facta pondo librarum octo, per coniugem suam Virgini donum misit. Hieronyma Spinula ornatum aræ ex veste Damascena violacea, auro conspicuum, binosque vrceolos cum suo pollubro ex argento pulchre, sciteque factos. Violanta Farnesia bina candelabra argentea

Proreg. Boemicae D.

Princip. Vastallæ D.

Mariae Boadiliae D.

Princip. Castelluet. D.

Duc. Niuernensis D.

Hieron. Spinulae D.

Violant. Farnesiae Don.

Salust. Cre-
scent. D.
Princip. Bi-
finian. D.

Iustin. Vice
com. D.

Isabellæ Sa-
baudæ D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

Duc. Cliviæ
D.

egregio opere. Sallustia Crescentia Romana amiculum B. Virginis argenteum stellis aureis illustre. Principis Biffiniani vxor Draconem aureolum gemmis distinctum clarissimis, pretio septingentorum ferme aureorum. Iustina Vicecomes arę vestem ex auro, argento, sericoque suitablem, pictam opere mirabili, nouoque. Nam continuatis inuicemque implexis aureis, argenteis, sericisque versicoloribus filis, totū opus per se, nullo substratu, adminiculoque sultū acu pertexitur, vacuis in medio spatijs relictis, vulgo punctum in aere appellant. Opus reconditi artificij ac laboris pene infiniti. Hoc igitur opere tota illa, quam dixi, arę vestis perfecta est. Quindecim inibi B. Mariæ Rosarij mysteria scite expressa visuntur, quadratis inclusa spatijs, alternisque ingētibz floribus distincta, velut opere scutulato: ac ne inania sint vacua illa operis spatia, tota vestis argenteo textili subsuta internitet. Id vero (si famæ credimus) Vicecomitis matronę nobilissimæ non donum modo, sed etiam opus fuit. quamquam complura esse nobilium feminarum mūnera, quæ earundem etiam opera sint, satis constat: calicum præcipue sacrorum velamenta & B. Mariæ amicula. Isabella quoque consobrina Ducis Sabaudia coniuX D. Syluestri N. donum misit, sua (vt ferunt) elaboratum manu, sane egregium: arę, sacerdotis, ministrorumque solenni cerimonia operantium vestes ex serico, auroque contextas opere nouo, ac mirabili. Iacobus Dux Cliviæ Badensis Marchionis (cui brachium Laureti diuinitus sanatum docuimus) germana soror torquem aureum, globo ex pyropis, adamantibusque pendulo insignem, Lauretanae Virgini donum misit.

Aduen-